



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

78. An sit probabilis opinio aliquorum asserentium in recitatione Officij  
Divini relinquentem unam horam integram ex minorius peccare tantum  
venialiter ratione parvitatatis materiae? Ex part. 10. tr. 16. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

mostr. cum videatur non esse satis grauis materia. An qui uouit septies in die dicere septem Pater; peccare mortaliter omittendo septem? Cum ad octoginta Pater obligetur dicere, septem uix est notabilis pars. Confirmatur quia qui mutat officium para de Dominica, & ut breuius sit, dicit de feito dupli ad libitum, non censetur peccare mortaliter, & tamen longe plura omittit, quam qui tertiam solam. Dices: Ille implet preceptum quoad substantiam, 7. horas perfoluens, alter autem vnam ex 7. omittens, aliqd omittit spectans ad substantiam. Respondeo id quidem verum esse, sed tamen illa substantia omiffa non videtur satis notabilis pro peccato mortali. Nec legitur: Vna hora omittitur, ergo peccatum mortale committitur. Nam qui Sabbato Sancto committit Vesperas, que constant Psalmo Laudate, cum Magnificat & Oratione, videtur qui d. leue omittit, est tamen vna hora. Item qui obligaretur ad officium Beate Virginis, omittens vnam horam parvam, videtur non peccare mortaliter. Hucvique Marchianus; sed ego huic sententia: non adhuc in par. 6. tract. 6. refellens Marchinum illam sententiam tenentem.

RESOL. LXXVIII.

An si probabilis opinio aliquorum asserentium in recitatione Officij Diuini relinquente vnam Horam integram ex minoribus, peccare tantum venialiter ratione paruitatis materia? Ex par. 1. tract. 16. & Misc. 6. Ref. 9. alias 18.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam nouissime admittit Martinus de San Ioseph in man. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 9. de Oratione, num. 5. vbi sic ait. Es commun opinio, que todas las horas Canonicas hazen en Oficio entero, que la materia parua se ha de juzgar en orden a todo el officio entero, y que lo seralo que fuere menos; que vna hora entera de las menores. Y aun algunos Atores graues tienen, que vna hora entera de las menores es materia parua, comparada con todo el Oficio diuino. Sic Martinus tr. 2. de ordine, par. 6. c. 12. diff. 13. n. 4. Caramuel. citatus Diana 7. p. tr. 11. resol. 2. qui citat alios viros doctissimos, porque les parece pequena materia vna hora de las menores, respecto de todo el officio. Larga es la opinion, pero su apariencia tiene, porque como dicen graues Atores, al que trabaja en la fiesta menor parte, que tres horas, no peca mortalmente, porque no llega a la octaua parte del dia; de que trahare abaxo: y a otros parece, que oie Missa el que llega a vtr desde el ofertorio, porque juzgan, que todo el principio con el Euangelio inclusiuo, no es materia graue, en todas las morales es razon aliuuar las confesiones auiedo razon para elle, & sententia humana est tenenda, lpro herede 20. §. si quid & ibi gloss. l. in auctor. ff. de acquiren. horedit. Et equitas scripta preterit rigori scripto, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, tam in publicis, quam in priuatis, plerumq. & ibi gloss. 2. C. de iud. Gloss. humanus in l. Beatus, ff. de off. Praetor. gloss. fin. in l. si sibi dederim. 2. de donat. gloss. fin. in l. qui seruum. §. fin. ff. de actionib. & oblig. & Glossa. racionem. legis. 1. C. si seruus extero: Et equitas in omnibus spectanda est, l. in omnibus. 90. ff. de regul. iur. Quia iudices debent esse equitatis amatores, Gloss. fideiussum. in §. si quis situr. in Authen. de fideiussum. collat. Y lo mismo deven juzgar los que escriben materias morales si pueden saluar, non han de condenar, porque los hombres deven ser de la condicion de Dios inclinados a compassion, y equidad; que aunque esta es iusticia,

desinse, que es iusticia dulcorata, pietate, & misericordia: & hanc semper debemus habere pta oculis; l. quod si ephesi. ff. quod certo loco, & c. disciplina. dist. 45. §. c. ponderet, dist. 50. No dico esto, porque ay Auctores, que se escandalizan por ver, que otros hombres doctos aliuian las conscientias con sus opiaones; la mia en el presente caso es, la que dixe al principio, y refesi la de Caramuel, y Marchino (que como dixe) tiene su apariencia para que los hombres doctos juzguen mejor, que yo, lo que les parece della. Hucvique Martinus. Sed ego hanc sententiam olim reprobaui, & caucant in posterum Auctores illam tanquam probabilem in suis opetibus admittere, nam male olerent apud Sacram Congregationem iudicij; Vnde non deserau hic apponere verba nostri Patris Magistri Lezana consil. 28. n. 81. sic asserentis: In materia Officij Diuini, seu Horarum Canonicarum, sententia Philiberti Marchini de Sacram. ord. tr. 2. p. 6. diff. 3. n. 5. dicentis; omissionem vnius Horae Canonicae (paruae scilicet, nempe Tertiae, Sextae, aut Nonae) non est peccatum mortale, est falsa, & improbabilis: ratio est, quia leui nititur fundamento, scilicet, quod sit parua materia respectu totius Officij Diuini, non enim est, nisi notabilis deformatio, & mutilatio Diuini Officij: & quia est contra torrentem Doctorum, nempe Dr. Antoninum, Syluestrum, Tabienam, Sorum, Nicolaum de Ploue, Nauarrum, Azorium, Lessium, Suarez, Sanchez, & Reginaldum, quos refert, & sequitur Petrus Anclius de Hor. Can. c. 8. d. 2. n. 5. Item Molanum, Vvigers, Fabrum; Vegam; Fernandez; Ledesimam; Bellochium; Bonacinam; Naldum; Molfesum; Oliuetium Bonartium; Macignum; Squillantem, Merollam; Faustum, & alios quos etiam refert, & sequitur Diana p. 6. tract. 6. ref. 6. Adde; quod ratione huius, & quarundam aliarum propositionum, que in hoc libro continentur, delatus est ad S. Congregationem Indicis. Excusabilis tamen Author est, quia dicit, se ita arbitrari, saluo meliori iudicio. Hanc portò sententiam ideo inter probabiles, & falsas recensere volui, timens de malitia temporum, ne plus æquo serperet, aut plausibilis fieret, cum bonarum conscientiarum dispendio. Ita Lezana, cui etiam adde Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 6. d. 13. q. 30.

RESOL. LXXIX.

An si quis omisit recitare, v. g. medietatem Tertie, vel Sexte, satisfaciat precepto; Ex p. 4. u. 4. & Misc. Ref. 216.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam docet Oliuetus Bonartius Societatis Iesv de Hor. Can. lib. 2. c. 19. n. 12. vbi sic ait. Vt sententiam meam paucis aperiam, dico insitendo veltigis communis sententia: Doctorum, qui putant vnum tantum esse preceptum de omnibus Horis; simul habens pro obiecto septem Horas Canonicas. Ideoque illius prauiaricationem vnum solum esse peccatum; probabile videri mihi non incurri in hac re peccatu mortale, nisi minima aliqua hora ferè integra praetereatur, vel aliqua pars horae maioris illi respondens: vnde qui ex tertia saltem recitat vsque ad primum Psalmum inclusiuè, inò vnum illius Psalmum, non videtur peccare mortiferè. Probat, quia omiffio auditionis Missae die precepto vsque ad Euangelium secundum teceptam opinionem, non est peccatum mortale; & tamen illa praetmissio æquualet ferè priuaræ omiffioni tertiae. Si ergo in Sacrificio Missae habetur pars exigua, eius principium vsque ad Euangelium cur censetur in officio Horarum totius

Quae hic est supra Ref. 76.

Sup. hoc in quatuor Ref. seqq.

LIBRERIA  
S. III. IV. V  
E. III